*Dividitur 1. Secundum species qualitatum primarum & secundarum; ut sunt densatio, rarefactio, &c.*

*2. In mediatam & immediatam, in-ne actionis & passionis.*

*3. In absolutam, quâ simpliciter nova qualitas acquiritur; & comparatam, quâ qualitas non nova, sed intensior vel remissior acquiritur.*

*4. In perfectivam & corruptivam.*

*Causa efficiens est omne corpus alterans, v. g. calefaciens in calefactione. Subjectum est corpus qualitatum capax. Finis internus est acquisitio novæ qualitatis. Externus & ultimus est generatio & corruptio.*

Latio est motus, quo corpus aliquod ubi vel spatium acquirit.